



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Bona Volvntas Optimæ Consentiens. Seu De Sequendo In Omnibus Ductu Providentiæ Diviniæ

Foullon, Jean E.

Leodii, 1657

VIII. Voluntas Dei quas in peccato partes habeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54992](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54992)

Caino prodit in agrum, postquam Deus respexit sive inflammavit super munera ejus, Cain invidiâ turbatus in Dei providentiam invehitur, ut narrat Hierosolymitanus paraphrastes. Contra loquente, ut oportuit, Abelo, jurgium enatum, & ferocior ac fortior primogenitus mactat secundogenitum, quem idcirco aiunt vocatum Martyrem Providentiæ divinæ. In eo Caini peccato spectanda duo sunt: Primum, culpa homicidii, quam cæde fratris contraxit; Deo, etsi posset impedire, nolente tamen: permittente itaque, & permissionem volente ob causas justissimas. Alterum est pœnæ malum, quod ex Caini culpa transit in Abelem: diffra-ctio capitis, vulnus, mors. Culpa manet in Caino: Pœna est in Abele. Hanc Deus omninò voluit, id est, damnatâ causâ probavit effectum.

VIII.
*Voluntas Dei
 quas in pec-
 cato partes
 habeat.*

Rem eandem alii alio modo explicant. Tria considerant ex parte Dei, Voluntatem permittendi peccati, Causam permittendi, Voluntatem cooperandi.

Crimen

Crimen sine dubio vult Deus permittere: quia, si mallet impedire, multis viis posset. Habet causam permittendi ob fines optimos, quos in Excursu ad caput primum primi Machabæorum libri expendimus: neque enim optimus Deus de bono sineret fieri malè, nisi omnipotens de malo facere posset benè. Denique accedit voluntas Dei cooperatrix: nam creatura sine Deo neque intelligere posset, nec velle, nec se commovere, ut malè ageret. Ita Drexelius noster explicat in Heliotropio: nos in historia D. Remigii rem planam faciemus. Coëmerat frumenta, & horrea impleverat, ut pauperibus in fame ventura, quam Deo monente instar alterius Josephi præviderat, subvenire posset. Nebulones aliqui, senem avarum & suppressorem frumentorum increpantes, horrea incenderunt. Evocatus ad incendii nuntium D. Remigius, insenso equo accurrit, sed serò, exustis acervis omnibus, prostratis igne horreorum culminibus, & humi ardentibus. Nihil ad tam foedum spectaculum commo-

commo-

commotus, ut erat compositissimæ ad divinam voluntatem mentis, & lepidi etiam inter tristia ingenii, exscenso equo, expansisque ad trabes ardentes manibus: calefaciamus, inquit, commodus enim est omni tempore ignis, ætati præsertim senili, & à crassioribus lignis. Tantum incendiariorum crimen Deus permittere voluit: si nolisset, cogitationes eorum & consilia aliò divertisset. Deinde causam permittendi optimam habuit, exercitationem patientiæ, & tranquillitatis exemplum singulare in D. Remigio. Denique accessit voluntas cooperandi, citra quam incendiarii neque actum voluntatis elicuissent; nec manus movissent, ad faces & paleam flammis ministrandam; nec flammæ ipsæ vim urendi habuissent magis, quàm in fornace Babylonica. Totum itaque istud incendium à Deo fuit, licet peccata intervenerint.

IX. Clarissimè ad mentem meam,
Deus calamitatum omnium & solidissimè, partes Divinæ
caussa prima. voluntatis in hominum peccatis, alteri nocentibus, demonstrat noster
 Theo-